

Werk

Titel: Dubia De Principiis Philosophiae Recentioris

Autor: Forsskål, Peter

Verlag: Luzac

Ort: Goettingae

Jahr: 1756

Kollektion: vd18.digital

Gattung: Dissertation:phil.

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN641608004

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN641608004>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=641608004>

LOG Id: LOG_0003

LOG Titel: Ad lectorem.

LOG Typ: section

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



§. I.

Ad lectorum.

Ne otissimum est in Philosophia recentiori, quam nostra vel genuit, vel adoptavit, aetas, plerumque solere fundamenti loco principium contradictionis & rationis sufficientis poni, tanquam omnium veritatum omnisque certae cognitionis primos fontes & unicos. Haec ego principia, qua potui adtentione, diu certe multumque, rimatus in varia forte circa eadem dubia incidi, quae cum ipse solvere non possim, neque ab aliis soluta esse percepferim, visum est commoda hac occasione publicae luci & examini tradere. Magna autem spe aequos omnes lectores rogo, ne innoxios conatus, studium aliis contradicendi & nescio quam ingenii arrogantium interpretentur, quod facere interdum solent, qui ne speciem quidem novitatis in disciplinis ferunt. Quam nullo enim meo merito adeo severas audirem sententias, ipsi judicent,

A

cum



cum nec inventu difficiles, nec novas prorsus & inauditas, res, quas affero, esse posse appareat. Cuivis enim, qui operam dat philosophiae aut aliis scientiis, in promptu esse oportet rationes dubitandi varias reperire. Nam ad hoc nil amplius requiritur, quam ut ad suum ipse sensum internum adtendat, consideretque verene convincatur argumentis solitis, nec ne? & ubi convictus non fuerit, quaenam hoc caussa impedit? vel quod argumenta illa incerta, vel quod ad rem non apta, vel denique quod ab eo non intellecta sint. Facilitatem illam singula dubitatione examinandi augere etiam facile posse, qui objectiones suas, prout natae fuerint, pleno ordine prescribendas suscepit, aliqua etiam mea experientia didici. Solitus enim sum, saluberrimo Patris mei consilio, in liberalibus addiscendis artibus ita versari, ac si impugnare quam plurima possem me oporteret, & ratiunculas, quae succurrebant, literis consignavi. Factum hinc est, ut quaererem primum dubia, postea per se venirent. Neque illam studiorum rationem improbari bonis confido, cum adtentionem excitet, & ad ea quaerenda veri argumenta, in quibus consistere certo possis, aperte ducat. Persuasissimus vero sum quemque, cui eadem uti methodo non displicerit, brevi nobiscum deprehensurum esse, mediocris etiam ingenii vi ad multa, quae plurimis quam certissima videntur, satis sibi dubiorum colligi. Hoc itaque quod omnibus facillimum est, si mihi non admodum difficile ducam, in eo non alia potest esse accusatio audaciae, quam quod me existinem esse hominem.

Neque magna mihi excusatione opus est, si quis judicet, me ut nova forte dicere possem, aliorum reliquise doctrinam. Quis enim post tot Philosophorum tam multiplices voces novi aliquid, sive verum sive falsum sit, in Philosophia exspectet? imino licet in novitate nihil criminis videam, hic tamen id ago, ut veterima quaedam & vulgo notissima, vera esse defendam. Nimirum de principiis humanae cognitionis nonnulla dicturus sum,